



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 8. Bellum Hungariæ Regis in Austria: Vienna ab eo obsessa

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

tebat Pontifex. Postea ardentissimum, Sæcul. XV.
 quo flagrabat, monstravit desiderium, ut A.C. 1485.
 cunctis Principibus arctissimo fœdere jun-
 ctis, sacra Crucis Dominicæ vexilla ad-
 versus Religionis hostes attolli & circum-
 ferri possent. Obstabant tamen omni-
 bus hisce ferventissimis hortationibus
 bella, quæ præcipue inter Matthiam
 Hungariæ Regem, & Fridericum Impe-
 ratorem, necnon inter Albertum Bran-
 deburgensem & Othonem Bavarum e-
 rant oborta, quamvis horum arma ad
 refringendos Turcarum progressus oppi-
 do necessaria fuissent: Cum autem Gre-
 gorius Bavariæ Dux inter eos se pacis
 conciliatorem futurum exhiberet, pia
 illius studia summus Pontifex literis ad
 eum datis plurimum laudavit, illumque, ut
 strenuam cæptis daret operam, adhor-
 tatus est. Data est hæc Pontificis epi-
 stola Romæ die vigesima octava Se-
 ptembris.

§. VIII.

*Bellum Hungariæ Regis in Au-
 stria: Vienna ab eo ob-
 seffa.*

Sedatum quidem bellum Bavanicum Bonfin. dec. 4.
 est: Austriacum vero magis accen- l. 6.
 sum; quippe Viennam Matthias Hunga- Naucler. ge-
 riæ Rex, postquam cum Turcis inducias ner. 50. vol. 2

Q. 3 pepige-

Sæcul. XV
A.C. 1485.

pepigerat, post semestrem, eamque a
ctissimam obsidionem ad ditionem
compulit. Capta est hæc Metropoli
die prima Junii, cuius jacturam Frides-
cus tam æquo tulit animo, perinde ac
rei alienæ damnum fecisset. Quapropter
adeo non urbi huic, et si amplissima
Provinciæ facile inter ceteras nobilissima
caput esset, auxilium ferre festinabat,
etiam illam Victoris arbitrio impune
linqueret, utque adversæ fortunæ fu-
se parum moveri testificaretur, eodius
tempore in Belgio Maximilianum Filium
suum invisit, frequenter hac sententia
suis: *Rerum irrecuperabilium oblivio fu-
ma felicitas.* Sub idem tempus Antonius
Bonfinius Mattheiæ Regi obsequi
studio librorum plurima, quæ nuper ed-
derat, volumina detulit, quæ Rex pe-
benigne acceptans, illorum Auctorem
se avelli haud passus est, utpote quem
elucubrandam Hungaricæ Historiam fe-
gerat, quam & Bonfinius postea Vladis-
lao Bohemiæ Regi deinceps ad Hunga-
riæ coronam erecto nuncupabat.

*Bonfin. 14.
dec 9.*

§. IX. *Cardinalis Balves Legatus in Francia.*

Inter ceteros, quos Carolus VIII, Gallo-
rum Rex ad deferenda Innocentio Pa-